HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
Admont, um 1180 Seite 108v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26117
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pibitis. & in igne eternum ibitis. Porro apli l eque disci
puli qui hanc quadrigam per mundum traxerunt. dixerunt mihi. Reu
tere reuertere sunamitis. reuertere reuertere. ut intueamur te.
Sunamitis quod dicitur captiua. fuit gentilitas a tyranno cap
tiua in ydolatria. Hec reuersa est a errore infidelitatis. ad
uerum xpm regem per fidem. reuersa est de sordibus ydolatrie per bap
tismum. reuersa est de mala uita per penitentiam. reuersa est de
ritu gentili per bona opera. Hanc intuite sunt filie syon. i. ecclesie
de iudeis conuerse in studio sancte conuersationis feruere. & imi
tate sunt eam. Primitiua igitur ecclesia audiens quod rex ecclesiam
gentium aurore comparauit in coniugatis. lune in continentibus.
soli in doctoribus. castris in martyribus. intuetur eius pulchritudi
nem. & miratur eius subitam immutationem. Quam rex alloquitur dicens.
Quid uidebis in sunamite. nisi choros castrorum. Quasi dicat. O pri
mitiua ecclesia. in sunamite. i. in gentilitate prius captiua
a tyranno nunc per me liberata facta. oli non uidisti nisi discordiam
bellorum. sed amplius non uidebis in ea nisi choros castrorum: choros dominum
canentium. castra contra demones & uicia pugnantium. Cho
ros castrorum dixit propter choros cantorum. Chori castrorum sunt agmi
na militantium, prouictoria cantantium. & intelliguntur tur
me credentium. contra uicia pugnantium. & prouictoria exul
tantium. Est autem choros equiuocum. Chorus enim est mensura tri
ginta modiorum de quo in euangelio dicitur. centum choros tritici. Chorus
est etiam uentus. chorus est quoque musicum in [illegible] strumentum. chorus
est nichilominus locus psallentium. chorus item multitudo canen

Quid sit chorus.